



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Meyeri S. Literarum Doct. & Prof. Uxor
Christiana Sive De Conjugio Inter Duos Deque Incestu Et
Divortiis, Dissertationes Tres**

Meier, Johannes

Amstelædami, 1688

Q. I. An defunctæ uxoris patris dimidiam s. consanguineam sororem
ducere permissum sit?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40272

fili tui, *ne retege*, propter affinitatem eam interdictam esse, ait, & ob eandem generum esse vetitum, id est generi uxorem vetitam.

XI. R. Moses Mikkotzi legem de nuru ita exponit *præcept. negat.*

93. שלא לבא על כלהו בין בחיי בנו בין לאחר מיתת בנו בין מן הארוסין. בין מן הנישואין כמו ששינוי בפרק ארבעה מיחות: שנאמר ערות כלהו לא תגלה אשת בןך היא וגומר וקבלנו מרבתינו כי מלא תגלה ערותה שלא הוצרך ליכתב: *Non congregiendum esse cum nuru, tam superstitute filio, quam mortuo eo, tam desponsatione sola, quam consecratione ei copulata, quemadmodum didicimus in Codice Sanhedrin Cap. vii. f. 53. & accepimus a Rabbini nostris, quod ex illis verbis, ne retege nuditatem ejus, qua ad interdicendam nurum scribere non erat opus, discamus, interdictum etiam extendi ad nurum post mortem filii.* Idem tradens R. Levi Barzel. *prac. 201.* addit: Verifimiliter hunc reatum etiam respicere filium nothum, qui filius ejus est. Et Rabbinus per hujus legis sepimentum etiam prohibuerunt *nurum filii & nepotis* *עד סוף העולם* *ad finem usque seculi*, sed *filia nurum tantum*. Quo ipso significant, non modo filii nurum, sed & cunctorum nepotum ex eo & nepotibus continenter descendentium uxores esse vetitas. Ex qua lege iterum concludimus, quia socio prohibetur nurus, multo magis patri filiam prohiberi, sicut filia interdictum eliciimus ex com. 7. & 10.

XII. Hisce legibus ita expositis, instituti ratio exigit, ut iterum ad quæstiones hic agitari solitas, breviter respondeamus, & varios casus matrimoniales, qui in Mose disertis verbis expressi non leguntur, enodemus. *Quæri primo* potest, An defunctæ uxoris patris dimidiam s. consanguineam sororem ducere permissum sit? Qui casus in vicinia nuper occurrebat. Resp. 1. extra controversiam positum, patris sororem esse vetitam Lev. xv i i i. 12. 2. indubitatum quoque est, dimidiam sororem pro sorore haberi, ejusdem Cap. v. 9. i i. 3. quandoquidem vir & uxor sunt una caro Gen. i i. 24. etiam uxoris patris germanam sive consanguineam sororem ducere non licet. Idem confirmatur ex com. 14. & honestas ac respectus parentum ac liberorum ejusmodi nuptias non permittunt, si res adhuc sit integra. *Quæritur secundo*, An vidua defuncti mariti matris dimidio fratri nubere possit? Quod negatur eodem fundamento, quo casus præcedens. *Quæritur tertio*, An alicui consanguineæ sororis filii viduam ducere liceat? Resp. cum Theologis Leydensibus, Heidano, Coccejo, Hoornbeekio, ejusmodi matrimonium pugnare cum legibus